



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ad Leonem X. Pontificem Maximvm

[Straßburg], 1519

VD16 L 3409

Conclvsio XCI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34717

DVLGENTIARVM AD LEONEM X. P. M.

tiae. Ita ego nō possum negare quidē, quod omnia ferenda sunt
quae pontifex facit, sed doleo, quod nō possum optima esse pro
bare, quanq̄ si de mente pōtificis, sine intermedij operatijs mer
cedum, dicendū esset, optima de illa pr̄asumenda dicerem, bre
ui ter & cū fiducia loquendo. Ecclesia indiget reformatione, qd
non est unius hominis pontificis, nec multorū cardinaliū offici
um, sicut probauit utrūq̄ nouissimū conciliū, sed totius orbis,
imo solius dei. Tempus aut̄ huius reformationis, nouit solus il
le, qui condidit tempora. Interim uitia tā manifesta, negare non
possimus. claves sunt in abusu & seruitute auaritiæ & ambitio
nis, & gurges accepit impetu, non est nostrū remorari eū. Iniqui
tates nostræ respondent nobis, & onus est unicuiq̄ sermo suus.

C O N C L V S I O X C .

Hæc scrupulosissima argumenta laicorum, sola potestate
compescere, nec redditia ratione diluere, est ecclesiā & papā
hostibus ridēdos exponere, & infœlices Christianos facere

SIC enim ex malo fit peius, dum terrore cōpescuntur, quan
to rectius doceremur, hanc iram dei intelligere, & pro ecclesia
orare, & talia tolerare in spe future reformationis, qd tam ma
nifesta uitia uolumus cogere, uirtutes uideri, peius irriteremus, si
quidem nisi nos mereremur vexari, deus non permitteret solos
homines in ecclesia dominari, daret nobis pastores secundum
cor suum, qui nobis pro uenijs darent tritici mensuram in tem
pore suo. Nunc autem etiā si sint boni pastores, tamen non po
sunt ad officium suum uenire, tanta est ira furoris domini.

C O N C L V S I O X C I .

Si ergo ueniæ secundum sp̄iritum & mentem Papæ pr̄a
dicarentur, facile illa omnia soluerentur, immo nulla essent.

Quomodo: scilicet, si, ut sunt, solum remissiones pœnarum,
non meritoriæ, ac infra bona opera habendæ, non fuisset ullus
unquam commotus, aliquid de ijs dubitare, non propter sui nī
miam magnificationem, suscitant quæstiones insolubiles, in ea
rum propriam uilificationem. Mens enim pontificis nō potest
esse alta, quam quod indulgentiæ sunt indulgentiæ.

C O N C L V S I O X C I I .